



Sancti Hieronymi Stridoniensis Operum, Tomi ...

Continens Commentaria In Matthaevm, Et Epistolas Pavli Ad Galatas, Ad Ephesios, ad Titum & Philemonem, & librum Didymi de spiritu sancto a Hieronymo versum ... Ad Fidem Vetvstissimorum Exemplarivm, Dvcentis Circiter Svblatis Erroribvs Emendata

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Evangelii Scvndvm Lvcam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75102)

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quae in nobis completa sunt rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt. Et ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi assensum omnia à principio diligenter, ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.



Erat in diebus Herodis regis Iudaeae sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabet. Erant autem ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabet sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suae ante Deum: secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exiit vt incensum poneret ingressus in templum domini: & omnis multitudo populi erat oras foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua Elisabet pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: vinum & siceram non biber, & spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suae, & multos filiorum Israël conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse praecedet ante illū in spiritu & virtute Eliae: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudētiam iustorum parare domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante deū, & missus sum loqui ad te, & haec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsq; in diem quo haec fiat, pro eo quod non credidisti verbis meis, quae implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectās Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognouerūt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat inuens illis, & permansit mutus. Et factum est vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Post hos autē dies cōcepit Elisabet vxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicēs: Quia sic fecit mihi dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatē Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eā, dixit: Ave gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulierib⁹. Quae cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio. Et ait angelus: Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nō erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quo modo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius

Dei. Et ecce Elisabet cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quae vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Exurgens autem maria in diebus illis, abiit in mōtana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariae, & salutauit Elisabet. Et factum est vt audiuit salutationē Mariae Elisabet, exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu S. Elisabet, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus v̄tris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce .n. vt facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: & beata quae credidisti, quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea dominū. Et exultauit spirit⁹ meus in Deo saluari meo. Quia respexit humilitatē ancillae suae: ecce .n. ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potētiam in brachio suo: disperdit superbos mente cordis sui. Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israël puerum suū: memorari misericordiae suae. Sicut locutus est ad patres nostros: Abrahamā, & semini eius in saecula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domū suam. Elisabet autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierūt vicini & cognati eius, quia magnificauit domin⁹ misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factū est in die octauo, venerunt circumciderē puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquā, sed vocabitur Ioannes. Et dixerūt ad illam: quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarē, scripsit dicens: Ioannes est nomē eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius & lingua eius, & loquebatur benedicēs deū. Et factus est timor super oēs vicinos eorum, & super omnia mōtana Iudaeae diulgabantur omnia verba haec. Et posuerūt omnes qui audierāt in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cū illo. Et Zacharias pater ei⁹ repletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicēs: Benedictus dominus Deus Israël: quia visitauit, & fecit redēptionē plebis suae. Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorū, qui à seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Iusurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturū se nobis: Vt sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati, seruiamus illi: In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: praebis enim ante faciem domini parare vias eius: Ad dandam scientiam

salutis

salutis plebi eius in remissionē peccatorum eorū: Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriēs ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedēt: ad dirigēdos pedes nostros in viā pacis. Puer autem crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsq; in diē ostensionis suæ ad Israël.

C A P V T II.

Factum est autē in diebus illis: Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyriano. Et ibant oēs vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autē & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehẽm: eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. ^a Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eū inuoluit: ^b Et reclinauit eū in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suū. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerūt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: Ecce enim euāgelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est nobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ coelestis, laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factū est vt discesserūt ab eis angeli in cœlum: pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsque Bethlehẽm, & videamus hoc verbum quod factū est, quod dominus ostendit nobis. Et venerūt festinantes, & inueniunt Mariā & Ioseph, & infantem positū in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, confrens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deū in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos. Et postquam cōsummati sunt dies octo vt circumcideretur puer: vocatum est nomē eius Iesus: quod vocatum est ab angelo priusquā in vtero conciperetur. Et postquā impleti sunt dies purgationis eius secundū legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisteret eū domino, sicut scriptum est in lege domini: Quia omne masculinū adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur: Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Symeō. Et homo iste iustus & timoratus, expectās consolationē Israël, & Spiritus S. erat in eo. Et responsum acceperat Symeō à spiritu sancto, non visurum se mortem nisi prius videret Christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum patres eius, vt facerent secundum consuetudinē legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit deū, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: Quod paraisti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentiū, & gloriam plebis tuę Israel. Et erant pater eius & mater mirantes super his quæ dicebātur de illo. Et benedixit illis

a 2
V
b 3
X

F

Symeon, & dixit ad Mariā matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionē multorū in Israël, & in signū cui contradicetur. Et tuā ipsius animā pertransibit gladius, vt reueleretur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septē à virginitate sua. Et hæc vidua vsq; ad annos octoginta quatuor, quæ nō discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruans nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur domino: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Hierusalem. Et vt perfecerūt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapiētia: & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solēni pascha. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendit illis Hierosolymam secundum consuetudinē diei festi, consummatisq; diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalē, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos, & non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum, inueniunt illum in templo sedentē in medio doctorum, audientem illos, & interrogātem eos. ^c Stupebant autem oēs qui eum audiebant super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. ^d Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quę patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbū quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.

C A P V T III.

A NNO autem quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurant Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilenæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbū domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. ^b Et venit in omnem regionem Iordanis prædicās baptismum penitentia: in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Esaïæ propheta: Vox clamāris in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erit praua in directā, & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare Dei. ^c Dicebat ergo ad turbas, quę exibant vt baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentia: & ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciēs fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. ^d Et interrogabant eū turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eticas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illū: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod constitutum est

G

c 4
II
d 5
X

H

a 6
III

b 7
I

c 8
V

d 9
X

A vobis faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem conculcatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. Exiit autem a populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me: cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius: ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem tetrarcha cum corripere ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis quae fecit Herodes, adiecit & super haec omnia, & inclusit Ioannem in carcerem. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesus baptizato & orate, apertum est coelum: & descendit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum, & vox de caelo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph: qui fuit Eli: qui fuit Mathat: qui fuit Leui: qui fuit Melchi: qui fuit Iamne: qui fuit Ioseph: qui fuit Matathia: qui fuit Amos: qui fuit Nahum: qui fuit Helli: qui fuit Nagge: qui fuit Maarh: qui fuit Matarhia: qui fuit Semei: qui fuit Ioseph: qui fuit Iuda: qui fuit Ioanna: qui fuit Refa: qui fuit Zerobabel: qui fuit Salathiel: qui fuit Neri: qui fuit Melchi: qui fuit Addi: qui fuit Cofan: qui fuit Elmodam: qui fuit Her: qui fuit Iesu: qui fuit Eliezer: qui fuit Iorim: qui fuit Marhar: qui fuit Leui: qui fuit Simeon: qui fuit Iuda: qui fuit Ioseph: qui fuit Iona: qui fuit Eliakin: qui fuit Melea: qui fuit Menna: qui fuit Matatha: qui fuit Nathan: qui fuit Dauid: qui fuit Iesse: qui fuit Oberh: qui fuit Booz: qui fuit Salomō: qui fuit Naasson: qui fuit Aminadab: qui fuit Aram: qui fuit Efrom: qui fuit Phares: qui fuit Iuda: qui fuit Iacob: qui fuit Isaac: qui fuit Abraham: qui fuit Thare: qui fuit Nachor: qui fuit Seruch: qui fuit Ragau: qui fuit Phalech: qui fuit Eber: qui fuit Sale: qui fuit Cainā: qui fuit Arphaxat: qui fuit Sem: qui fuit Noē: qui fuit Lamech: qui fuit Mathufale: qui fuit Enoch: qui fuit Iared: qui fuit Malaleel: qui fuit Cainan: qui fuit Enos: qui fuit Seth: qui fuit Adam: qui fuit Dei.

CAPVT IV.

a 15 I Iesus autem plenus spiritu sancto, regressus est a
II Iordane, & agebatur in spiritu in desertum diebus
b 16 quadraginta, & tentabatur a diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis, & consummatis illis, esurijt. V
Dixit autem illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illum Iesus: Scriptum est, quia non in pane solo viuet homo, sed in omni verbo Dei. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostēdit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Tu ergo si prociens adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus, dixit illi: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim, quod angelis suis mandauit de te, ut conferuent te, & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait

illi: Dictum est: Nō tentabis Dominum Deum tuum. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilaeam, & fama exijt per vniuersam regionem de illo: & ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbathi in synagogam, & surrexit legere, & traditus est illi liber Esaia propheta: & ut reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat: Spiritus domini super me, eo quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corde, praedicare captiuis remissionem, & caecis visum, dimittere contractos in remissionem, praedicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit, & omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Coepit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiae quae procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis: Vtiq; dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura te ipsum. Quanta audiuius facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multae viduae erant in diebus Eliae in Israēl, quando clausum est caelum annis tribus, & mensibus sex: cū facta esset fames magna in omni terra, & ad nullā illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniae ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israēl sub Elisaeo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ita, haec audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsq; ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorum erat aedificata, ut precipitarent eum. Ipse autem transiens, per medium illorum ibat. Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilaeae, ibique docebat illos sabbathis. Et stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens demonium immundum, & exclamauit voce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? Scio te qui sis, sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutescere, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum demonium in medium, exijt ab illo, nihilq; eum nocuit. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebatur ad inuicem, dicentes: Quod est hoc verbum: quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & excunt? Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea: & stans super illam, imperauit febri. Et dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manum imponebat, curabat eos. Exibant autem daemonia a multis clamantia & dicētia: quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbae requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum, & erat praedicans in synagogis Galilaeae.

C
CANONc 17
Id 18
Xe 19
If 20
Xg 21
Ih 22
X

D

i 23
VIIk 24
IIl 25
VIIIm 26
IIn 27
VIIIo 28
VIII

CAPIT V.

E
CANON
a 29
X
b 30
IX
c 31
X
d 32
II
e 33
II
f 34
I
g 35
II
h 36
II
i 37
I
k 38
II
l 39
II
m 40
II

FACTUM est autē cum turbā irruerēt in eum vt au-
dirēt verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Ge-
nesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: pis-
catores autem descenderant & lauabant retia. Ascē-
dens autē in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit
eum à terra reducere pussillū & sedens docebat de na-
uicula turbas. ^bVt cessauit autē loqui, dixit ad Simonem:
Duc in altum, & laxate retiavestra in capturam.
Et respondens Simon dixit illi: Præceptor: per totam
noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autē tuo
laxabo rete. Et cum hoc fecissent, cōcluserunt pisciū
multitudinē copiosam. Rumpebatur. n. rete eorum.
Et annuerunt focijs qui erant in alia nauī, vt veniret
& adiuuarent eos. Et venerūt, & impleuerunt ambas
nauiculas, ita vt mergerentur. ^cQuod cum videret Simon
Petrus procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me
domine, quia homo peccator sum. Stupor. n. circum-
dederat eum, & oēs qui cum illo erant, in captura pi-
scium quam cœperant. Similiter autem Iacobum &
Ioannem filios Zebedæi, qui erant focij Simonis. ^dEt
ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam hoēs
eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis
omnibus sequuti sunt eum. ^eEt factum est cum esset
in vna ciuitatū, & ecce vir plenus lepra, & videns Ie-
sum, & procidens in faciē rogauit eum, dicens: Domi-
ne si vis, potes me mundare. Et extendens manum, te-
tigit eum Iesus, dicens: Volo, mundare. Et confestim
lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi vt nemini
diceret: sed vade, ostēde te sacerdoti, & offer pro emū-
datione tua, sicut præcepit Moses in testimoniū illis.
^fPerambulabat autem magis sermo de illo, & conuen-
iebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab in-
firmitatibus suis. ^gIpse autem secedebat in desertum,
& orabat. ^hEt factum est in vna dierum, & ipse fede-
bat docens. Et erant pharisæi sedentes & legis docto-
res, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ,
& Hierusalem, & virtus domini erat ad sanandum
eos. ⁱEt ecce viri portātes in lecto hominem qui erat
paralyticus, & quærebant eum inferre & ponere an-
te eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent
præ turba, ascenderunt supra lectum, & per tegulas
submiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum.
Quorum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi
peccata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi,
dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis
potest dimittere peccata nisi solus Deus? Vt cognouit
autē Iesus cogitationes eorum, respondens dixit
ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est
facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere, sur-
ge & ambula? Vt autē sciatis quia filius hominis habet
potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralyti-
co, Tibi dico, surge: tolle lectum tuum, & vade in do-
mum tuam. Et confestim surgens coram illis, tulit le-
ctum in quo iacebat: & abiit in domū suam magnifi-
cans Deum. Et stupor apprehendit oēs, & magnifica-
bant Deū. Et repleti sunt timore, dicentes: quia vidi-
mus mirabilia hodie. ^kEt post hæc exiit, & vidit publi-
canū nomine Leui, sedentem ad telonium, & ait illi:
Sequere me. Et relictis omnibus, surgens sequutus est
eum. ^lEt fecit ei conuiuium magnum Leui in domo
sua, & erat turba multa publicanorū, & aliorum qui
cū illis erant discumbentes. Et murmurabāt pharisæi
& scribæ eorū, dicētes ad discipulos eius: Quare cum
publicanis & peccatoribus māducatis & bibitis? ^mEt
respondens Iesus dixit ad illos: Non egent qui sani

sunt medico, sed qui malē habent. Nō enim veni vo-
care iustos, sed peccatores in poenitentiam. At illi di-
xerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant fre-
quenter, & obsecrationes faciunt, similiter & phari-
sæorum: tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait:
Nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est spō-
sus, facere ieiunare? Venient autem dies, cum ablatus
fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.
Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo
commisuram à vestimento nouo immittit in vesti-
mentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri
nō conuenit commissura à nouo. Et nemo mittit vi-
num nouum in vtres veteres: alioquin rumpit vinū
nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt.
Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est, &
vtraque conferuantur. Et nemo bibens vetus, statim
vult nouum: dicit enim, Verus melius est.

CAPIT VI.

FACTUM est autē in sabbatho secundo primo cum
transiret per fata, vellebant discipuli eius spicas, &
manducabant conficiētes manibus. Quidam autem
pharisæorum dicebant illis: Quid facitis quod non li-
cet in sabbatis? Et respondens Iesus, ad eos dixit: Nec
hoc legistis quod fecit Dauid, cum esuriret ipse & qui
cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, &
panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit
his qui cum ipso erant, quos non licebat manducare,
nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis: quia domi-
nus est filius hominis etiā sabbathi. ^bFactum est autē
& in alio sabbatho, vt intraret in synagogam, & doce-
ret. Et erat ibi homo, & man⁹ eius dextera erat arida.
Obseruabant autē scribæ & pharisæi si in sabbatho cu-
raret: vt inuenirent vnde accusarent eum. Ipse verò
sciebat cogitationes eorū, & ait homini qui habebat
manum aridā: Surge, & sta in medium. Et surgens ste-
tit. Ait autē ad illos Iesus: Interrogo vos, si licet sabbathis
bene facere, an male? animam saluam facere, an
perdere? Et circumspectis omnibus, dixit homini: Ex-
tende manum tuam. Et extendit, & restituta est ma-
nus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & collo-
quebantur adinuicem, quidnam facerēt de Iesu. ^cFac-
tum est autem in illis diebus, exiit in montem orare,
& erat pernoctans in oratione Dei. ^dEt cū dies factus
esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex
ipsis, quos & apostolos nominauit, Simonem quē co-
gnominauit Petrum, & Andreā fratrem eius: Iacobum
& Ioannem: Philippum & Bartholomæum: Mattheū
& Thomam. Iacobum Alphæi & Simonē qui vocatur
Zelotes: Iudam Iacobi & Iudam Iſcariotē qui fuit
proditor. ^eEt descendens cum illis stetit in loco cam-
pestri, & turba discipulorū eius, & multitudo copiosa
plebis ab omni Iudæa, & Hierusalem, & maritima, &
Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sa-
narentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spi-
ritibus immundis, curabātur. Et omnis turba quære-
bat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat
omnes. ^fEt ipse eleuatis oculis in discipulos suos, di-
cebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei.
Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. ^gBeati qui
nunc fletis: quia rīdebitis. ^hBeati eritis cū vos oderint
hoēs, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, &
eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter
filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce
enim merces vestra multa est in celo. Secūdum hæc
autem faciebant prophetis patres eorum. Verumta-
men vā vobis diuitibus, qui habetis consolationem

vestram

G
a 41
II
b 42
II
c 43
II
d 44
II
e 49
I
f 46
V
g 47
V
h 48
V
i 49
V

A
k 50
X
L 51
X
m 52
V
n 53
V
o 54
V
p 55
V
q 56
II
r 57
V
f 58
III
t 59
V
B
u 60
V
x 61
V
y 62
V
z 63
III
a 64
V

vestram. ^k Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. ^l Væ vobis cum benedixerint vobis omnes homines. Secundum hæc faciebant pseudoprophetae patres eorum. ^m Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros: benefacite his qui vos oderunt: benedicite maledicentibus vobis: & orate pro calumniantibus vos. ⁿ Et qui te percusserit in maxillam vnā, præbe illi & alteram. Et ab eo qui auferit tibi vestimentum, etiamunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui auferit quæ tua sunt, ne repetas. ^o Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. ^p Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt. Et si bene feceritis his qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuū dederitis his à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus foenerantur vt recipiant æqualia. Veruntamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuū date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa. Et eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est. ^q Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimitte, & dimitetur vobis. Date, & dabitur vobis. Mensurā bonam, & confertam, & coagitatā, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. ^r Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere: nõne ambo in foueam cadunt? ^f Nõ est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. ^t Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater sine, eijciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eijce primū trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. ^u Non enim est arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. ^x Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant vnam. ^y Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. ^z Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? ^a Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat supra petram. Qui autem audiuit & non fecit, similis est homini ædificanti domum suam supra terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina illius domus magna.

CAPVT VII.

a 65
I

Cum autem impleffet omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat moriturus: qui illi erat preciosus. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret & sanaret seruum eius. At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitè, dicentes ei: Quia dignus est vt

hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis, & cum iam nõ longè esset à domo, misit ad eum centurio amicos, dicens: Domine, noli vexari. Non enim sum dignus vt sub rectum meum intres: propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus vt venirem ad te, sed dic verbo & sanabitur puer meus. Nā & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit, & alio veni, & venit, & seruo meo fac hoc, & facit. Quo audito Iesus miratus est, & conuersus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Israël tantam fidem inueni. ^b Et reuersi qui missi fuerant domum, inueniunt seruum qui languerat sanum. ^c Et factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit oculum. Hi autè qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cepit loqui: & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. ^d Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæā de eo, & omnem circa regionem. ^e Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his, & conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit à læguoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Et respondens dixit illis: Euntes, renunciate Ioanni quæ vidistis & audistis: quia cæci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur: & beatus est qui cumq; non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuncij Ioannis, cepit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arūdinem vento agitatum? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste preciosa sunt & delicijs, in domibus regū sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Vtique dico vobis, & plus quam prophetam. ^f Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam: qui præparabit viam tuam antete. ^g Dico enim vobis. Maior inter natos mulierum propheta Ioanne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. ^h Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis: Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei spreuerant in semetipfos, non baptizati ab eo. ⁱ Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis. lamentauimus, & non plorastis. Venit autem Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis, nemoniam habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatorum. Et iustificata est sapietia ab omnibus filijs suis. ^k Rogabat autem illum quidam de pharisæis, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum

b 66
V
c 67
Xd 68
X
e 69
V

D

f 70
II
g 71
Vh 72
Xi 73
Vk 74
I

E
CANON

pharisæi discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubisset in domo pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retrò secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vngueto vngebat. Videns autem pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicēs: Hic si esset propheta, sciret vtiq̄e quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simō, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Æstimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Rectè iudicasti. Et cōuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hęc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis, & capillis suis terxit. Osculum mihi non dedisti: hęc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnixisti: hęc autem vngueto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbant dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit, vade in pace.

CAPVT VIII.

a 75
X

E T factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo: & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus: Maria quæ vocatur Magdalenæ, de qua septem dæmonia exierant: & Ioanna vxor Chuza procuratoris Herodis, & Susanna: & aliæ multe, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properaret ad eum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viâ, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natū aruit: quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exorte spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hęc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hęc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes nō intelligant. Est autem hęc parabola: Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiat. Qui autem supra petram, hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiūt verbum, & radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à solitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum, retinent, & fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtrus lectum ponit, sed supra candelastrum ponit, vt intrantes videant lumen. Non est

c 77
Id 78
IIe 79
IIf 80
II

enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. Venerunt autē ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba, & nunciatum est illi: Mater tua, & fratres tui stant foris volentes te videre. Qui respondens dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascendunt. Nauigantibus autem illis, obdormiuit, & descendit procella ventri in stagnum, & complebantur & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ, & cessauit: & facta est tranquillitas. Dixit autē illis: Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt, adinuicem dicentes: Quis putas hic est: quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? Et nauigauerūt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Et cum egressus esset ad terrā, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur: neq̄ in domo manebat, sed in monumētis. Is vt vidit Iesum, procidit ante illū, & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & cœpedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserto. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomē est? At ille dixit: Legio: quia intrauerunt dæmonia multa in eum. Et rogauerūt illum, ne imperaret illis vt in abyssum irēt. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intraerūt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Quod vt viderūt factum qui pascebant, fugierunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in villas. Exierunt autē videre quod factum est, & venerunt ad Iesum, & inuenerūt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerūt. Nunciauerunt autē illis & qui viderant quo modo sanus factus esset à legione. Et rogauerūt eum omnis multitudo regionis Gerasenorum, vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est: & rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autē eum Iesus, dicēs: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecerit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. Factum est autē cum redisset Iesus, cepit illum turba. Erant. n. omnes expectantes eum. Et ecce venit vir cui nomē Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu, rogās eum vt intraret in domum eius: quia vnica filia erat ei ferē annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit dū irer, à turbis comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam: nec ab vllō potuit curari: accessit retrò & tetigit simbriam vestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negatibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cū illo erant: Præceptor,

G

g 81

V

h 82

II

i 83

II

H

k 84

II

l 85

II

turba

CANON
K 95
II

l 96
II

m 97
II

n 98
II

D

o 99
II

p 100
VIII

q 101
II

r 102
II

s 103
VIII

t 104
X

A turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis, Quis me terigit: Et dixit Iesus: Terigit me aliquis: nam & ego noui virtutem de me exiisse. Videns autem mulier, quia non latuit: tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei: Filia, fides tua te saluam fecit: uade in pace. Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ. Noli timere: crede tantum, & salua erit. Et cum uenisset ad domum, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Ioanem, & Iacobum, & patrem & matrem puellæ. Flebāt autem omnes, & plangebāt illam. At ille dixit: Nolite flere. Non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quia mortua esset. Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens: Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare, & stupuerunt parentes eius: quibus præcepit, ne alicui dicerent quod factum erat.

CAPVT IX.

a 86 II C^a Onuocatis autem Iesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent, & misit illos prædicare regnum dei, & sanare infirmos. Et ait illis. Nihil tuleritis in uia, neque uirgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circumibant per castella euangelizantes, & curantes ubique. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat: eo quod diceretur à quibusdam: quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam uero, quia Elias apparuit: ab alijs autem, quia propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollauit. Quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat uideri eum. Et reuersi apostoli narrauerunt illi quæcumque fecerunt. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaida. Quod cum cognouissent turbæ, sequuntur illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno dei, & eos qui cura indigebat, sanabat. Dies autem coeperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbam, ut euntes in castella, uillasque quæ circa sunt, diuertant & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: Nō sunt nobis plus quam quinque panes, & duo pisces: nisi forte nos edamus, & emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem ferè uiri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discubere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt, & discubuerunt omnes. Accepit autem quinque panibus, & duobus piscibus, repperit in cœlum, & benedixit illis, & fregit & distribuit discipulis suis, ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatus est quod superfuit illis fragmentorum copiam duodecim. Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? At illi responderunt, & dixerunt: Ioannem Baptistam: alij autem Eliam: alij quia vnus propheta de prioribus surrexit. Dixit autem illis: Vos autem

quem me esse dicitis: Respondens autem Simon Petrus dixit: Christum Dei. At ille increpans illos, præcepit ne cui diceret hoc, dicens: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Dicebat autem ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam. Nam qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam. Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. Dico autem uobis: uerè sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dei. Factum est autem post hæc uerba ferè dies octo, & assumpsit Petrum, & Ioannem, & Iacobum, & ascendit in montem ut oraret. Et facta est, dum oraret, species uultus eius altera, & uestitus eius albus refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo: erant autem Moyses & Elias uisi in maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Petrus uero & qui cum illo erant, grauati erant somno: & euigilantes uiderunt maiestatem eius, & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Moysi, & unum Elia, nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente facta est nubes, & obumbravit eos, & timuerunt intrantibus illis in nubem. Et uox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret uox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ uiderant. Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicens: Magister obsecro te, respice in filium meum: quia unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & uix discedit dilanians eum. Et rogauit discipulos tuos ut eijcerent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit: O generatio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos, & patiar uos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum: & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine dei. Omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in cordibus uestris sermones istos: Filius enim hominis, futurum est ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud, & erat uelatum ante eos, ut non sentirent illud, & timebant eum interrogare de hoc uerbo. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Iesus uidens cogitationes cordis illorum, apprehendens puerum, statuit illum secus se, & ait illis: Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: & quicumque me recipit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter uos omnes, hic maior est. Respondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est. Factum est autem dum compleretur dies assumptionis eius,

HIERON
VI 78

E
 CANON
 V 105
 V
 X 106
 V
 a 107
 X
 b 108
 V
 c 109
 V
 d 110
 II
 e 111
 V
 F
 f 112
 II
 g 113
 X
 h 114
 II
 i 115
 V
 II
 k 116
 I
 l 117
 X
 m 118
 V
 n 119
 III

& ipse faciem suam firmavit ut iret in Hierusalem, & misit nuncios ante conspectum suum: & eutes intraverunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararet illi. Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes: dixerunt: Domine, vis dicimus ut ignis descendat de caelo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis? Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Factum est autem ambulanti- bus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocumque ieris. Et dixit illi Iesus: Vulpes foueas habet, & volucres caeli nidus: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permittite mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Ait alter: Sequar te domine, sed permittite mihi primum renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittes manum suam ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei.

C A P V T X.

Post haec autem designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse uenturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate autem dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculum, neque peram, neque calciamenta, & neminem per viam saluaueritis. In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quae apponuntur uobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in uos regnum Dei. In quamcumque autem ciuitatem intraueritis & non susceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Eriam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos. Tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei. Dico uobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quam illi ciuitati. Vae tibi Chorozain, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factae fuissent uirtutes quae factae sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes poeniterent. Verum tamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quam uobis. Et tu Capharnaum usque ad caelum exaltata, usque ad infernum demergeris. Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam daemonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de caelo cadentem: ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Verum tamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subiiciuntur: Gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in caelis. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi pater, domine caeli & terrae: quod abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: Eriam pater, quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre

meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater, & quis sit pater nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui uident quae uos uidetis. Dico enim uobis, quod multi prophetae & reges uoluerunt uidere quae uos uidetis & non uiderunt, & audire quae auditis, & non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo uitam aeternam possi- debo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quo modo legis? Ille respondens dixit: diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac & uiues. Ille autem uolens iustificare se ipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones: qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia, & uiso illo praeteriuit. Similiter & leuita cum esset secus locum & uideret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit secus eum, & uidens eum, misericordia motus est. Et appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum. Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium tibi uideretur proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum, & mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic soror erat nomine Maria, quae etiam sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illius. Martha autem sargebat circa frequens ministerium, quae stetit & ait: Domine, non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare: Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quae non auferretur ab ea.

C A P V T XI.

Et factum est cum esset in quodam loco orans: ut cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum: panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis: & ne nos inducas in tentationem. Ait autem ad illos: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille de intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans: dico uobis, & si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quaerite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quaerit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Quis

G
 o 120
 V
 P 121
 II
 q 122
 X
 H
 a 123
 V
 b 124
 X
 c 125
 V

A Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, notis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se: ^{d 126} Et erat eiciens demonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium, loquutus est mutus, & admiratae sunt turbae. ^{e 127} Quidam autem ex eis dixerunt, in Beelzebub principe demoniorum eicit demonia. ^{f 128} Et alij tentantes, signum de caelo querebant ab eo. ^{g 129} Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quo modo stabit regnum eius: quia dicitis, in Beelzebub me eicere demonia? Si autem ego in Beelzebub eicio demonia, filij vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eicio demonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Cui fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus consistebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit. ^{h 130} Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa quarens requiem, & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam & ornatam. Et tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. ^{i 131} Factum est autem cum haec diceret: extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quae suxisti. At ille dixit: Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. ^{k 132} Turbis autem concurrentibus, coepit dicere: Generatio haec, generatio nequam est: signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae. Nam sicut fuit Iona signum Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi isti. Regina Austria surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quam Salomon hic. Viri Niniuitae surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia penitentiam egerunt ad praedicationem Ionae. Et ecce plus quam Iona hic. ^{l 133} Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumē videant. ^{m 134} Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit: sin autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebrae sint. Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. ^{n 135} Et cum loqueretur, rogauit illum quidam pharisaeus, vt praederet apud se. Et ingressus recubuit. Pharisaeus autem coepit intra se reputans dicere: quare non baptizatus es ante prandium? Et ait dominus ad illum: Nunc vos pharisaei quod de foris est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod de foris est: etiam id quod de intus est fecit? Verumtamen, quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. ^{o 136} Sed vae vobis pharisaeis, quia decimatis mentham & rutam, & omne holus, & praeteritis iudicium & charitatem Dei. Haec

autem oportuit facere, & illa non omittere. ^{p 137} Vae vobis pharisaeis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. ^{q 138} Vae vobis, quia estis vt monumeta quae non parent, & homines ambulantes supra, nesciunt. ^{r 139} Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, haec dicens etiam nobis contumeliā facis. At ille ait: Et vobis legisperitis vae, quia oneratis homines oneribus quae portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis farcinas. ^{s 140} Vae vobis, quia aedificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam quidem ipsi eos occiderunt: vos autem aedificatis eorum sepulcra. ^{t 141} Propterea & sapientia dei dixit: Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident, & persecutentur: vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi, a generatione ista: a sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, qui perijt inter altare & aedem. Ita dico vobis, requiritur ab hac generatione. ^{u 142} Vae vobis legisperitis, quia tulistis clauē scientiae: ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. ^{x 143} Cum autem haec ad illos diceret, ceperunt pharisaei & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere, de multis insidiantes ei, & quarentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

CAPVT XII.

Multis autem turbis concurrētib, ita vt seinuicem conculcarent, coepit dicere ad discipulos suos: ^{a 144} Attendite ad fermento pharisaeorum, quod est hypocrisis. ^{b 145} Nihil. n. opertum est quod non reuelatur: neque absconditum quod non sciatur. Quoniam quae in tenebris dixistis, in lumine dicentur, & quod in aure loquuti estis in cubiculis, praedicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant. Offendam autem vobis quem timeatis. Time-
te eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeate. Nonne quinque passeris venaunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis. Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis constituetur illum coram angelis Dei. ^{c 146} Qui autem negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis Dei. ^{d 147} Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum sanctum blasphemaucrit, non remittetur. ^{e 148} Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quae oporteat vos dicere. ^{f 149} Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuitem supra vos? Dixitque ad illos: Videte & cauetes ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quae possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis, vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam quod non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animae meae: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede,

CANON
P 137
II
q 138
V
r 139
V
s 140
V
t 141
V
u 142
V
x 143
X
D
a 144
II
b 145
V
c 146
II
d 147
II
e 148
II
f 149
X

HIERON
M. 78



E

CANON

g 150
V

h 151
X

i 152
II

k 153
V

l 154
X

F

m 155
V

n 156
II

o 157
V

p 158
V

q 159
X

r 160
V

s 161
V

bibe, epulare. Dixit aut̄ illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetit̄ a te: quæ aut̄ parasti, cuius erit? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Dixitq; ad discipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis: neq; corpori quid induamini. Anima plus est quàm esca, & corpus plusquam vestimentum. Considerate coruos, quia non seminant neq; metunt: quibus non est cellarium, neq; horreũ, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis? Quis aut̄ vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neq; quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia quo modo crescunt: nõ laborant, neq; nent. Dico autem vobis: quia nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur, sicut vnum ex istis. Si aut̄ fennum agri quod hodie est in agro, & cras in clibanũ mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei? Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hęc. n. omnia gentes mundi quærunt. Veruntamen primum quærite regnũ Dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adijcientur vobis. ^a Nolite timere pusillus grex: quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnum. ^b Vendite quæ possidetis, & date eleēmofynã. ^c Facite vobis sacculos qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in caelis: quo fur non appropriat, neq; tinea corrumpit. Vbi. n. thesaurus vester est, ibi & cor vestrũ erit. ^d Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: & vos similes hominibus expectantibus dominum suũ, quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit & pulsauerit, confestim aperiat ei. ^e Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amẽ dico vobis quod præcinget se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sũt serui illi. ^f Hoc aut̄ scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domum suã. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. ^g Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad oēs? Dixit autem dominus: Quis putas est fidelis dispensator & prudens: quẽ constituit dominus super familiã suam, vt det illis in tempore tritici mēsuram? Beatus ille seruus, quẽ cum venerit dominus, inuenerit ita facientem. Verẽ dico vobis: quia super omnia quæ possidet, constituet illum. ^h Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Morã facit dominus meus venire, & cõperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit: & diuidet eum partemq; eius cum infidelibus ponet. ⁱ Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatẽ eius, vapulabit multis. Qui aut̄ non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæratur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus peret̄ ab eo. ^k Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accedatur: Baptistissimo autem habeo baptizari, & quo modo coartor vsque dum perficiatur? Putatis, quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuisi, tres in duo, & duo in tres: diuidetur pater in filium, & filius in patrem suum: mater in filiam, & filia in matrem: focrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. ^l Dicebat

autem & ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: nimbuses venit, & ita fit: & cum austrum flantem, dicitis: quia æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nõtis probare: hoc autem tempus quo modo nõ probatis? Quid autem & a vobis p̄s non iudicatis quod iustum est? ^m Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem in via, da operam liberari ab illo: ne fortẽ trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi: non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

CAPVT XIII.

A ^a Derant autem quidam ipso tempore nuntiantes illi de Galilæis: quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Nõ, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis omnes, similiter peribitis sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloẽ, & occidit eos. Putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico vobis: sed si pœnitentiam nõ habueritis omnes, similiter peribitis. ^b Dicebat autem & hanc similitudinem: Arborẽ fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærẽs fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ. Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam, vt quid etiam terra occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam & mittam stercore. Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. Erat autem docens in synagoga eorum sabbathis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere: quam cum vidisset Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus (indignans, quia sabbatho curasset Iesus) dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini, & non in die sabbathi. ^c Respondit autem ad illum dominus, & dixit: Hypocritæ, vnusquisque vestrum sabbatho non soluit bouem suum aut asinum, in præsepio, & ducit ad aquare? Hanc autem filiam Abraham, quam alligauit satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui a vinculo isto die sabbathi? ^d Et cum hæc diceret, erubescerant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in vnuerfis quæ gloriose fiebant ab eo. ^e Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei, & cui simile æstimabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit & factum est in arborem magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. ^f Et iterum dixit: Cui simile æstimabo regnum Dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina sæta tria: donec fermentaretur totum. ^g Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem. ^h Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contẽdite intrare per angustam portam: quia multi (dico vobis) quærunt intrare, & non poterunt. ⁱ Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauferit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ad ostium dicentes: Domine, aperis nobis: & respondens, dicet vobis: Nescio vos vnde sitis: tũc incipietis

pietis

C
CANON

A
 k 172 V
 l 173 II
 m 174 X
 n 175 V
 a 176 X
 b 177 V
 B
 c 178 X
 d 179 V
 e 180 X
 f 181 V

picris dicere: Manducaimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicit vobis: Nescio vos unde sitis. Discedite à me omnes operarii iniquitatis: ibi erit fletus & stridor dētium. ^k cum videritis Abraham & Isaac & Iacob & omnes prophetas in regno Dei: vos autem expelli foras. Et venient ab oriente & occidente & aquilone, & austro, & accumbent in regno Dei. ^l Et ecce sunt nouissimi qui erant primi, & sunt primi qui erant nouissimi. ^m In ipsa die accesserunt quidam pharisæorum, dicentes illi: Exi & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce eicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Verum tamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare: quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. ⁿ Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis: quia non videbitis me, donec veniat cum dixeris: benedictus qui venit in nomine domini.

CAPVT XIV.

Et factum est cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum, & ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. ^b Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Si licet sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbathi? Et non poterat ad hæc respondere illi. ^c Dicebat autem & ad inuitatos parabolâ, intendens quo modo primos accusatus eligerent, dicens ad illos: Cû inuitatus fueris ad nuptias, nō discubas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: da huic locum; & tûc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade recumbe in nouissimo loco: vt cû venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. ^d Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. ^e Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cûm facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neque vicinos, neq; diuites: ne fortè & ipsi te reuinent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuî, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei. ^f At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos: & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam: rogo te habe me excusatum; Et alter dixit: Iuga bouum emi quinque; & eo probare illa: rogo te habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorrem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi citò in plateas & vicus ciuitatis: & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduce huc. Et ait seruus; Domine, factum est vt impefasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in

vias & sepes, & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorū qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. ^g Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrē, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. ^h Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nonne prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postea quàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, nō sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se. Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittēs rogat ea quæ pacis sunt. ⁱ Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. ^k Bonum est sal. Si autem sal quoq; euauerit, in quo condietur? Neq; in terram, neq; in sterquilinum vile est: sed foras mitteretur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAPVT XV.

Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum: & murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. ^b Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdidit vnā ex illis, nonne dimittit nonaginta nouē in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eā? Et cum inuenit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domū, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore poenitentiam agente: quàm super nonaginta nouē iustis, qui non indigent poenitentia. ^c Aut quæ mulier habens drachmas decem: si perdidit drachmam vnā: nonne accendit lucernam & euertit domum: & quærit diligenter, donec inueniat? Et cum inuenit, conuocat amicas & vicinas, dicēs: Congratulamini mihi: quia inueni drachmam quam perdideram. ^d Ita dico vobis: gaudium erit corā angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente. ^e Ait autem: Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosè. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abiit & adhæsit vni ciuium regionis illius: & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereor? Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te: & iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnū de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset: vidit illum pater ipseus, & misericordia motus est: & accurrens cecidit super

g 182
V

h 183
X

i 184
V
k 185
II

a 186
II

b 187
V
D

c 188
X

d 189
V
e 190
X

HIERON
178

E. CANON

collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccavi in coelum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum: & date annulum in manu eius, & calciamenta in pedes: & adducite vitulum faginatū, & occidite: & manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et coeperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isq; dixit illi: Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum faginatū: quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & volebat introire. Pater ergo illius egressus, coepit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruitio tibi: & numquam mandatum tuum præterui: & numquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer. Sed postquam hic filius tuus, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum faginatū. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea, tua sunt: epulari autem & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

CAPVT XVI.

Dicebat autem ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: iam enim nõ poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam: quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubescio: Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam: & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis: quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles nõ fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? ^a Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odiet: & alterum diligit: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. ^b Audiebant autem omnia hæc pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificastis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra. Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. ^c Lex & prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur: & omnis in illud vim facit. ^d Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. ^e Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. ^f Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus: qui iace-

bat ad ianuam eius vlceribus plenus: cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingeabant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahe. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham, misereri mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu verò cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatū est: vbi qui volunt hinc transire ad vos, non possunt: neq; inde hinc transire. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas cum in domū patris mei. Habeo enim quinque fratres: vt restetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAPVT XVII.

Et ait ad discipulos suos: Impossibile est vt non veniant scandala: væ autem illi per quem veniit. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa colulum eius, & proiciatur in mare; quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis. ^b Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. ^c Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitret me, dimitte illi. ^d Et dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: Si haberetis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro, eradicare, & transplantare in mare, & obediret vobis. ^e Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro, dicit illi statim: transi & recumbe, & non dicit ei, Para quod cœnem, & præcinge te & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes: Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Et factum est dum iret in Hierusalem, transibat per medium Samariam & Galilæam, & cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi: qui steterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, muniti sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem muniti sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit. ^f Interrogatus autem à pharisæis, quando venit regnum Dei? Respondit eis, & dixit: Non veniet regnum Dei cum obseruatione: neque dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. ^g Et ait ad discipulos suos. Venient dies quâdo desideretis videre vnū diem filij hominis, & non videbitis. ^h Et dicent vobis: Ecce hic, & ecce illic:

F
a 191 V
b 192 X
c 193 V
d 194 V
e 195 II
196 X

G
a 197 II
H
b 198 V
c 199 V
d 200 V
e 201 X
f 202 V
g 203 X
h 204 II



CANON
C
f 219
II
g 220
II

A
i 205
V
k 206
II
l 207
V
m 208
X
n 209
II
o 210
II
p 211
III
q 212
V
r 213
V

nolite ire neq; sectemini. ^a Nam sicut fulgur coruscās de sub cælo in ea quæ sub cælo sunt, fulget: ita erit filius hominis in die sua. ^k Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. ^l Et sicut factum est in diebus Noë: ita erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vsque in diem qua intrauit Noë in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes. ^m Similiter sicut factum est in diebus Lot: edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant: qua autem die exiit Lot à Sodomis, pluit igne & sulphur de cælo & omnes perdidit. Secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. ⁿ In illa hora qui fuerit in recto & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro. ^o Memores estote vxoris Lot. ^p Quicumq; quæserit animam suam saluam facere, perdet illā: & quicumq; perdidit illam, viuificabit eam. ^q Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur. Duæ crunt molentes in vnum: vna assumetur, & alter relinquetur. ^r Respondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbi cumq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquila.

CAPVT XVIII.

a 214
X

Dicebat autem & parabolam ad illos: quoniam oportet semper orare, & nō deficere, dicens: Iudex quidā erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem nō reuerbatur. Vidua autē quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens. Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tēpus. Post hæc autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem reuerere: tamen quia molestā est mihi hæc vidua, vindicabo illā: ne in nouissimo veniens fugillet me. Air autē dominus: Audite qd iudex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis: Dico autem vobis, quia cito faciet vindictam illorū. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra: Dixit autem & ad quosdā, qui in se confidebant tanquā iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istā. Duo homines ascēderunt in templū vt orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stans hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho: decimas dominiū quæ possideo. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domū suā ab illo: ^b quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. ^c Asserebant autem ad illū infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite prohibere eos: Talium est enim regnum Dei. ^d Amen dico vobis: Quicumq; non acceperit regnū Dei sicut puer, nō intrabit in illud. ^e Et interrogauit eum quidā princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? Dixit autē ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus. Mandata nosti: Non occides: non mœchaberis: non furtum facies: non falsum testimoniū dices: honora patrem tuū & matrem. Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute

b 215
V
c 216
II
d 217
II
e 218
II

mea. ^f Quo audito Iesus, ait ei: Adhuc tibi vnū deest. Omnia quæcumq; habes, vende & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & veni sequere me. ^g His ille auditis contristatus est, quia diues erat valde. Videns autē Iesus illum tristē factum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent in regnū Dei intrabunt. Facile est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnū Dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus. Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. ^h Qui dixit eis. Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorē, aut filios propter regnū Dei: & nō recipiat multo plura in hoc tempore, & in sæculo futuro vitam æternam. ⁱ Assumpsit autē Iesus duodecim, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam: & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum: & die tertia resurget. ^k Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbū istud absconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. ^l Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens: Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præbant increpabant eum, vt taceret. Ipse verò multò magis clamabat: fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illū, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. Et Iesus dixit: Respice: fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

CAPVT XIX.

h 221
II
i 222
II
k 223
X
l 224
II

D

a 225
X

b 226
V
c 227
X
d 228
II
e 229
V

Et ingressus perambulabat Hiericho: Et ecce vir nomine Zacchæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba: quia statura pusillus erat. Et præcurrrens ascēdit in arborem sycomorum, vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum. Zacchæe festinans descēde: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descēdit: & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorē diuertisset: Stans autem Zacchæus, dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorū do pauperibus: & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quòd & ipse filius sit Abrahæ. ^b Venit enim filius hominis quærere & saluū facere quod perierat. ^c Hæc illis audientibus, adiciens dixit parabolam: eo quòd esset propè Hierusalem, & quia existimarent, quod confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo. ^d Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquā accipere sibi regnum, & reuertī. ^e Vocatis autē decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio. Cines autē eius oderāt eum: & miserunt legationē post illū, dicentes: Nolumus hūc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto reo: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: vt sciret quantum quisq; negotiatus esset. Venit autem

HIERON
M 78



CANON

E

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

primus, dicens: Domine mna tua decem mnas ac-
quisiuit. Et ait illi: Euge bone serue: quia in modico
fuisi fidelis, eris potestatem habes supra decem ciui-
tates. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit
quinq; mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinq; ciui-
tates. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua qua
habui repositam in sudario. Timui enim te: quia ho-
mo auferus es: tollis quod non posuisti: & metis quod
non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudico serue ne-
quam. Sciebas quod ego homo auferus sum, tollens
quod non posuisti; & metens quod non seminasti: Et quare
non dedisti pecuniam meam ad mensam: & ego veni-
ens, cum vsuris vtiq; exegissem illam? Et astantibus di-
xit: Aufer te ab illo mnam, & date illi qui decem mnas
habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. ^f Di-
co aut vobis: quia omni habenti dabitur: ab eo autem
qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. ^g Verum-
tamen inimicos meos illos qui noluerunt meregnare
super se, adducite huc, & interficite ante me. ^h Et his
dictis precedebat ascendens Hierosolymam. Et factum
est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad
montem qui vocatur Oliueti: misit duos discipulos
suos, dicens: Ite in castellum quod contra vos est: in
quod introcuntes inuenietis pullum asinae alligatum, cui
nemo vnquam hominum sedit: soluite illum, & adduci-
te. Et si quis vos interrogauerit, quare soluitis, sic di-
cetis ei: quia dominus operam eius desiderat. ⁱ Abie-
runt autem qui missi erant, & innenerunt sicut dixit illis,
stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt
domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? At illi
dixerunt: Quia dominus eum necessarium habet. Et du-
xerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua su-
pra pullum, imposuerunt Iesum. Eunte autem illo, substern-
ebant vestimenta sua in via. ^k Et cum appropinqua-
ret iam ad descensum montis oliueti, coeperunt omnes
turbae discipulorum gaudentes laudare Deum voce
magna super omnibus quas viderant virtutibus, di-
centes: Benedictus qui venit rex in nomine domini:
pax in caelo, & gloria in excelsis. ^l Et quidam pharisaeo-
rum de turbis dixerunt ad illum: Magister, increpa
discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis: quia si hi
tacuerint, lapides clamabunt. ^m Et ut appropinquauit
videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si co-
gnouisses & tu. Et quid in hac die tua qua ad pacem
tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia
venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui val-
lo, & circumdabunt te, & coangustabunt te vndique:
& ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt.
ⁿ Et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo
quod non cognoueris tempus visitationis tuae. ^o Et
ingressus in templum: cepit eijcere vendentes in illo
& ementes, dicens illis: Scriptum est: quia domus mea,
domus orationis est: vos autem fecistis illam spelun-
cam latronum. ^p Et erat docens quotidie in templo.
Principes autem Sacerdotum & Scribae, & principes ple-
bis quaerebant illum perdere, & non inueniebant quid fa-
cerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens
illum.

CAPVT XX.

a 240

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

ET factum est in vna dierum, docente illo popu-
lum in templo & euangelizante: conuenerunt prin-
cipes Sacerdotum & Scribae cum senioribus, & aiunt di-
centes ad illum. Dic nobis: in qua potestate haec facis:
aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens
autem, dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnū verbū:
respondere mihi Baptismus Ioannis de caelo erat, an
ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes:

G

b 241

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

II

mco,

CANON
C
m 259
X

A meo, sede à dextris meis: donec ponā inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? David ergo dominum illum vocat, & quo modo filius eius est? Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis: Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in cœnis. ^h Qui deorant domos viduarum simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

CAPVT XXI.

Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperulam, mittentem æra minuta duo. Et dixit: Verè dico vobis: quia vidua hæc pauperula plusquā omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, omnē victum suū quem habuit misit. ^a Et quibusdam dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus & donis ornātū esset, dixit: Hæc quæ videtis, venient dies in quibus nō relinquetur lapis supra lapidem, qui non destruat. ^b Interrogauerunt autem illū, dicentes: Præceptor quando hæc erunt, & quod signū cum fieri incipient? Qui dixit: Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes: quia ego sum, & tempus appropinquauit. Nolite ergo ire post eos. Cū autem audieritis prælia & seditiones, nolite terri. Oportet enim hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnū aduersus regnū, & terræ motus magni erunt per loca, & pestilentia & fames: terroresq; de cælo & signa magna erunt. ^c Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias: trahentes ad reges & præfides propter nomen meū. Continget autem vobis in testimonium. ^d Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodū respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui nō poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem à parentibus & fratribus, & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. ^e Cū autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tūc scitote quia appropinquauit desolatio eius. ^f Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in medio eius, discedant, & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies ultionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt. ^g Væ autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus. ^h Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. ⁱ Et cadent in ore gladij, & captiui ducuntur in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationū. ^k Et erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuū: arefcentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superueniunt vniverso orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur. ^l Et tunc videbunt filiū hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producant iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnū Dei. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc, donec

omnia fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. ^m Attendite aut vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes: vt digni habeamini fugere omnia ista quæ ventura sunt, & stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens morabatur in monte, qui vocatur oliueti, & omnis populus manebat ad eum in templo audire eum.

CAPVT XXII.

Appropinquabat autem dies festus azymorum qui dicitur pascha. ^a Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ quo modo cum interficerent: timebant verò plebem. ^b Intrauit autem satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotis, vnus de duodecim. ^c Et abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare: & spondit, & quærebat opportunitatem vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrus & Ioannem dicens: Euntes parate nobis pascha vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: sequimini eum in domū in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: vbi est diuerforiū, vbi pascha cum discipulis meis manducet? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum: & ibi parate. Euntes aut inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. Et cū facta esset hora discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. ^e Et ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. ^f Dico enim vobis: quia ex hoc nouum manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. ^g Et accepto pane, gratias egit & fregit & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. ^h Similiter & calicem postquam cenauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. ⁱ Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est vadit. Veruntamen væ homini illi per quem tradetur. ^k Et ipsi cœperunt quarere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. ^l Facta est autem & contentio inter eos, quis eorū videretur maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorū, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. ^m Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis & bibatis super mensam meā in regno meo. ⁿ Et sedatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israël. ^o Ait aut dominus Simoni: Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticū. Ego autem rogavi pro te, vt nō deficiat fides tua.

a 260
I
b 261
I
f 262
IX
d 263
II

D
e 264
X
f 265
II

g 266
I

h 267
II

i 268
II

k 269
I

l 270
II

m 271
X

n 272
V
o 273
X

p Et

HIERON
178

CANON E P 274 IX q 27 I r 276 X f 277 VIII t 278 X u 279 I x 280 II y 281 I z 282 I a 283 X b 284 II c 285 I d 286 II e 287 I F f 288 X g 289 I h 290 I i 291 I k 292 I l 293 II m 294 I n 295 II o 296 X p 297 I q 298 X

¶ Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. ¶ Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcere, & in mortē ire. At ille dixit: Dico tibi Petre: nō cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. ¶ Et dixit eis: Quando misi vos sine sacco & pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil, Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculū, tollat similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suā, & emat gladiū. ¶ Dico enim vobis: quoniam adhuc hoc quod scriptū est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finē habent. ¶ Ait illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. ¶ Et egressus ibat secundū consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autē illum & discipuli. ¶ Et cum peruenisset ad locum, dixit illis; Orate ne intretis in tentationē. ¶ Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positus genibus orabat, dicens: ¶ Pater, si vis, transfer calicē istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. ¶ Apparuit autē illi angelus de cælo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrā. ¶ Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationē. ¶ Adhuc eo loquente: ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim antecesserat eos, & appropinquauit Iesū vt oscularetur eum. ¶ Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo filiū hominis tradis? Videntes autē hi qui circa ipsū erant quod futurum erat, dixerūt ei: Domine, si percutimus gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus ait: Sinite vsque huc. ¶ Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. ¶ Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotū, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus? Cum quotidie vobiscū fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarū. ¶ Comprehendentes autem eū, duxerunt ad domum principis sacerdotum. ¶ Petrus verò sequebatur eum à longe. Accenso autem igne in medio atrij, & circumfidentibus illis, erat Petrus in medio eorum, quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & cum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illū. ¶ Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait: O homo non sum. Et interuallo factō quasi horæ vnus, alius quidam affirmabat, dicens: Verè hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente cantauit gallus. Et cōuersus dominus respexit Petrū. ¶ Et recordatus est Petrus verbi domini sicut dixerat: quia priusquā gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. ¶ Et viri qui tenebant illum, illudebant ei cædentes. Et velauerunt eū, & percutiebant faciē eius, & interrogauerunt eū, dicentes: Prophetiza, quis est q̄ te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. ¶ Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotū & scribe, & duxerūt illum in concilium suū, dicentes: Si tu es Christus dic nobis. ¶ Et ait illis: Si vobis dixerō, non credetis mihi: si autē & interrogauerō, non respondetis mihi, neque dimittetis. ¶ Ex hoc autē erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. ¶ Dixerunt autē

omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: ¶ Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiimus de ore eius. CAPVT XXIII. ¶ ET surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatū. ¶ Cœperunt autē illum accusare dicentes: Hunc inuenimus subuerentē gentē nostram, & prohibentē tributa dari Cæsari, & dicentē se Christum regē esse. ¶ Pilatus autē interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorū? At ille respondens ait: Tu dicis. ¶ Ait autem Pilatus ad principes sacerdotū & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicētes: Commouit populum docēs per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. Pilatus autē audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset: Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autē viso Iesū, gauisus est valde. ¶ Erat enim cupiens ex multo tēpore videre eū, eo quòd audierat multa de eo, & sperabat signū aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autē eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. ¶ Stabant autē principes Sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum. ¶ Spreuit autē illum Herodes cum exercitu suo, & illulit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipso die: nam antea inimici erant adinuitē. ¶ Pilatus autē conuocatis principibus sacerdotū & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominē, quasi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis: ¶ Sed neque Herodes. Nam remisit vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. ¶ Emē datum ergo illū dimittam: Necessè enim habebat dimittere eis per diē festum vnū. ¶ Exclamauit autē simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam: qui erat propter seditionē quandam factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem. ¶ Iterum autē Pilatus locutus est ad eos, volēs dimittere Iesum. At illi succlamabant, dicētes: Crucifige, crucifige eum. ¶ Ille autē tertio dixit ad eos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illū, & dimittam. ¶ At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. ¶ Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autē illis eum qui propter homicidium & seditionē missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum verò tradidit voluntati eorū. ¶ Et cum ducerent eū, apprehenderunt Simonem quandam Cyrenensem venientem de villa, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. ¶ Sequebatur autē illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filie Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles & ventres quæ non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. ¶ Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos: quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? ¶ Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. ¶ Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerūt eum, & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris. ¶ Iesus autē dicebat: Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. ¶ Diuidentes verò vestimenta eius mise-

G I 299 I a 300 I b 301 X c 302 I d 303 IX e 304 X f 305 II g 306 X h 307 IX i 308 X H k 309 II l 310 I m 311 I n 312 IX o 313 I p 314 I q 315 I r 316 X f 317 I t 318 I u 319 I x 320 X y 321 I



A
z 322
II
a 323
II
b 324
I
c 325
II
d 326
X
e 327
II
f 328
II
g 329
I
h 330
II
i 331
X
k 332
I
l 333
I
m 334
X
n 335
VIII

runt fortes. Et stabat populus expectans: et deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alti saluos fecit: se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei et milites accedentes, & accutum offerebant illi, dicentes: Si tu es rex Iudaeorum, saluum te fac. Erat autem & superscriptio scripta super eum, literis Graecis & Hebraicis & Latinis: Hic est rex Iudaeorum. Vnus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac te ipsum & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradiso. Erat autem ferè hora sexta, & tenebrae factae sunt in vniuersam terram vsq; in horam nonam, & obscuratus est sol: et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et haec dicens, expirauit. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quae fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quae secutae eum erant à Galilaea, haec videtes. Et ecce vir nomine Ioseph qui erat decurio, vir bonus & iustus: hic non conserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudaeae: qui expectabat & ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum & petijt corpus Iesu. Et depositum inuoluit sindone, & posuit illud in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceue, & sabbatum illucescebat. Subsecutae autem mulieres quae cum eo venerant de Galilaea, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum.

CAPVT XXIV.

a 336
I
b 337
II
c 338
II
d 339
X
e 340
VIII

Vna autem sabbathi valde diluculo, venerunt ad monumentum, portantes, quae parauerant aromata, & inuenerunt lapidè reuolutum à monumento, & ingressi non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factum est dum mente confternatae essent de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid queritis viuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in Galilaea esset, dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatae sunt verborum eius: Et regressae à monumento nunciauerunt haec omnia illis vndecim, & ceteris omnibus. Erant autem Maria Magdalene & Ioanna, & Maria Iacobi, & ceterae quae cum eis erant, quae dicebant ad Apostolos haec. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procubens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emmaus: & ipsi loquebantur ab inuicem de his omnibus quae acciderant. Et factum est dum fabularentur & secum quererent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum te-

nebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quae facta sunt in illa his diebus: Quibus ille dixit: Quae? Et dixerunt: de Iesu Nazareno qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo: & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super haec omnia tertia dies est hodie quod haec facta sunt. Sed & mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos, quae ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes, se etiam visionem angelorum vidisse: qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum verò non viderunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum domine, quoniam aduersperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis: accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicentes quod surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quae gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Dum autem haec loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis, ego sum: nolite timere. Conturbati verò & conterriti existimabant se spiritum videre. Et dicit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes: quia ego ipse sum. Palpare & videre: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus pra gaudio, dixit: Habetis aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assii, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dicit ad eos: Haec sunt verba quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moyse & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hierosolyma. Vos autem estis testes horum, & ego mittam promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate quoad usque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & se- rebatur in caelum: & ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum.

D

f 341
IXg 342
IXh 343
IX